Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



xxv.

Beneficia dñi nr̄i cum magna atq; mirifica sint. tamen nec noua ꝓbantur ēe nec subita. sed abinitio scti et predicta sunt oraculis et p̄figurata misteriis. Sacram dñi passionē abipsis mundi coalescentiis exordiis. ueteris testamenti responsa cecinerunt. Et ideo xp̄m dñm p̄dicatū atq; adnuntiatū. suis apte exipsorū libris ac uoluminibus asserimus. Ualidis absq; dubio nititur priuilegiis. qui causam deaduersariis asserit instrumentis. Speciosa uictoria ē. contraria partē cartulis suis uelud ꝓpriis laqueis irretire. et testimoniorū suorū uocib; confutare. et emulum telis suis euincere. ut punctim argumenta suis ꝓbentur utilitatibus militare. Itaq; indñi nr̄i p̄sona. dū exadę primi hominis costa. mater cunctorū uiuentiū ęua ꝓducitur. exhuius sacro latere ac salutari uulnere. ęcl̄a omniū fidelium parens reparanda monstratur. Ineius typo abel iustus occidit̄. et innocens fratrna tamquā iudaica impietate mactatur; hic idē dñs. innouissima mundi senescentis ętate. p̄figurā beati abrahę longeui patri offertur. Quo tempore. dū nouo sacrificio inunici sui ugulum piis parricida consurgit. exinprouiso aries oculis eius apparuit. sic loquitur sermo diuinus. Et uidit abraham arietem. interuepres herentē cornibus. Inter uepres inquit. requiramus quę ista sit nouitas. idest inmultitudine circumstantiū peccatorū herentē cornibus idest adcrucis cornua clauorum confixione pendentem. Sicut inalio loco legimus. cornua inmanibus eius sunt. Hoc ideo quia uenerandas manus eius. patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem